

N O T A : Sal succini volatile, dum oleum eius
vi ignis elicetur, ut plurimum concrescere circa
summam interioris alembici superficiem, quod stu-
diosè collendum.

TRACTATVS SEXTVS.

De Varijs Crocis.

Ad magnorum morborum medelam offert
Crocos varios Chymia, maximè usitati & ef-
ficaces sunt pauci hic inserti.

Crocus Metallorum.

R. Antimonij nitidi & electi,

Salis Nitri purificati, ana' part. equales.

Redige simul in puluerem , hunc inde in sartaginem ferream, aut vas figulinum, & post, carbone viuo injecto, materia accendatur , quæ dum defligrat (instar pulueris quasi tormentarij, continuo rudiculâ ferrea est agitanda , usque dum frigefacta, colore quasi Ochræ Anglicæ assumat, hoc facta materia proiectatur in aquâ calidâ, à qua omnis salfugo

M m

278 DE VARIIS CROCIS.

salis Nitri in se attrahitur, & Antimonium fundum petet, Aquâ priore separata per inclinationem & abiectâ, alia noua calida affunditur, toties repetendo, usque dum aqua deinceps maneat insipida, cum effunditur, & Antimonium exactè ablutum sit, quod postea resiccandum lento igne, ac tandem in subtilissimum puluerem super Marmor tritum cum aqua rosacea lauigandum, ac paulo dein adhuc siccatum reponendum.

Crocus Martis Aperitius.

R. Laminas Chalibis purissimi quantum vis.

Præ ignitione scintillantibus admoue magdaleones sulphuris, & liquefcent instar Ceræ, quod chalibis liquati granulatim decidit excipiatur vase frigidâ, vel (quod melius Aceto pleno) puluerisetur, dein exsiccatum subtilissime, & in crocum demum igne reuerberij (per aliquot horas continuato) conuertantur.

N O T A : Limaturam chalibis cum admixto sibi sulphure dupla proportione, in crucibulo igne vehementi (semper rudiculâ ferrea materiam agitando) posse calcinari, pro Croco hoc Aperituo veterius comparando.

Cro-

Crocus Martis adstringens.

R. Limaturæ Chalibis purioris & ij.

Salis decrepitati & iij. vel ana part. Equales,

Simul mixta stent in igne reuerberij per diem, dulcoretur affusa aquâ chalibis, & exsiccatus rur fus læuigetur, qui tandem dies octo, vel decem de nouo reuerberetur, donec eleuetur Crocus subtilissimus, quem quotidie auferendo, aquâ plantaginis præparato.

Breuior hic modus:

R. Limaturam chalibis,

Hanc igne fortissimo, eo usque reuerbera, donec in crocum eleuetur rubicundissimum.

Antimonium Diaphoraticum.

R. Antimonij,

Salis petræ ana & j.

Puluerisata simul misce, & pone Crucibulum inter accensas prunas vt candeat, tum inijce ȝ ij, vel circiter huius mixturæ, & statim detonabit, postea nouos pulueres inijce, ita ad finem continuando, vase refrigerato, materiam exime, ablue, & rursus tere, miscendo (vt primo) cum ana salis

M m 2 pe-

petræ, eodem modo calcinando, & elaborando, tertia etiam vice similiter peragendo, tandem dignem liquefactionis ad horæ spatiū, vltimò illud, quod remansit, tritum, coquatur in Aqua fontana per aliquot horas, postea calens decoctum per filtrum mittatur, & loco frigido relinquatur, sic quod in aqua subtilius per ebullitionem soluitur, tandem præcipitatur in puluerem albicantem & tenuem, quod citius fiet, si aliquid Aceti decocto filtrato instilletur, vltimò puluis ablutus, & desiccatus reponatur.

TRACTATVS SEPTIMVS De Floribus & Sublimatis.

VT flores tenuiores sunt corporis partes, vi caloris à crassiore separatae, & in altum sublimatae, ita sublimata , sublimandi corporis, subtilissimi sunt Flores. Hi frequenter sui medico veniunt.

Flores Sulphuris.

R. Cucurbitam terream mediocris capacitatis, tunc duos, pluresue Alembicos bene accommoda, ita